



SAMUEL STRYKIUS I C

Sereniss. et Potentissimi Regis Borussiae
Couniliarus intimus, et in Acad. Fredericiana
Antecessor primarius.

Nat. d. XXII Nov. A^o MDCXVI. Deid. d. XXVI Jul.
Anno MDCXX

VIRI QUONDAM ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI
SAMUELIS STRYKII,

Jurium Doctoris & Jcti incomparabilis ac famigeratissimi, Sacr.
Cæsar. Palat. Comit. Serenissimi atque Potentissimi Regis Borussiae Consilarii Intimi,
Academiae Hallensis Directoris, Professoris primarii & Ordinarii in Facultate Juridica,

Nec non

EJUS FILII UNICI,

JOHANNIS SAMUELIS STRYKII,

Jurium Doctoris & Jcti consummatissimi, Serenissimæ Isenacensis Viduæ Principis
Consilarii, & Professoris in Academia Fridericiana,

OPERA OMNIA,

Tam

Tractatus, quam Disputationes hactenus etiam
nondum conjunctim editas, magna cura partim col-
lectas continentia,

Una cum

ILLUSTRIS JOH. FRIDER. RHETII,

Jurium Doctoris & Jcti Summi, Professoris Ordinarii Facultatis Juridicæ in Academia
Viadrina, & tandem Serenissimi & Potentissimi Regis Borussiae Consilarii Status,

BINIS VOLUMINIBUS DISPUTAT.

Strykianis Disputationibus adjectis, & undecim Disputationibus
Juris Publici auctis,

Omnes fere easdemque nobilissimas Juris Sacri & Profani, Publici ac Privati, Feudalis,
Criminalis & Germanici &c. materias insigniter illustrantia, & tam in Praxi, quam Theoria
in & extra Germaniam per se commendabilia, utilissima, & desideratissima,

IN COMPLURES TOMOS

distributa,

Ac Indicibus non solum generalibus, sed etiam specialibus

optime instructa,

Nunc primum in hac forma & conjunctim edita,

PRÆMISSA PRÆFATIONE

WOLFFGANG. ADAM. SCHOEPFII,

Jurium Doctoris & Jcti, Serenissimæ Domus Württemberg. Consil.
& Ordin. Profess. Publ. in Academia Tubingensi,

CUJUS CLEMENTISSIME CONCESSO PRIVILEGIO SAC. CÆS. MAJEST.

FRANCOFURTI & LIPSIAE.

Sumptibus SAMUELIS WOHLERI, Bibliopola Ulmenfis;

Typis ELIÆ DANIELIS SÜSSII, Urbis Typographi. ANNO MDCCXLIII.



PRIVILEGIUM CÆSAREUM.



CAROLUS IMPERATOR

CAROLUS VII. Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ & Bohemiæ Rex, utriusque Bavariæ & Superioris Palatinatus Dux, Comes Palatinus Rheni, Archi-Dux Austriæ, Landgravius Leuchtenbergæ &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis, quod, cum Nobis Noster & Imperii fidelis dilectus *Samuel Wohler*, Civis & Bibliopola Ulmenfis, humillime exponi curarit, quem in modum *Strykii Samuelis & Johannis Samuelis Opera omnia Juridica una cum Rhetii Disputationibus in folio* prelo committere resolverit, vereatur autem, ne æmulorum invidia hanc Editionem imitantium, impendii & laboris sui fructu frustretur, idcoque Nobis demisse supplicarit, quatenus ejus indemnitati Privilegio Nostro Cæsareo succurrere clementissime dignaremur, Nos submissæ pariter & æquæ ejus petitioni annuendum censuerimus: ac proinde authoritate Nostra Cæsarea omnibus & singulis Bibliopolis, Bibliopogis, Typographis, & aliis quibuscunque rem librariam seu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus ac interdici-mus, ne quis supra nominata Samuelis & Joannis Samuelis Strykii Opera omnia Juridica una cum Rhetii Disputationibus sub hoc aliove Titulo, aut hac aliave forma per decem annorum spatium, ab hodierno die computandum, intra Sacri Romani Imperii & Ditionum Nostrarum hæreditariarum fines recudere vel aliis recudenda dare, aliorsumve impressa apportare, vendere, vel distrahere citra præfati Imperantis, hæredumque ac successorum voluntatem & assensum in scriptis obtentum ausit vel præsumat: Si quis vero secus faciendo Privilegium hoc Nostrum seu Interdictum violare, contemnereque præsumserit, eum non solum ejusmodi Exemplaribus ubicunque locorum repertis, petperam quippe recufis seu apportatis (quæ dictus Samuel Wohler sive propria autoritate, sive Magistratus illius loci auxilio sibi vindicare poterit) de facto privandum, sed & decem marcarum auri puri pœna Aëratio seu Fisco Nostro Cæsareo & parti læsæ ex æquo pendenda, omni spe veniæ sublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Nostri Privilegii in fronte Libri impressus reperiatur, & consueta quinque Exemplaria Consilio Nostro Imperiali Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & singulis Nostri & Sacri Romani Imperii, Regnorumque & Dominiorum Nostrarum hæreditariarum subditis & fidelibus dilectis tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, cujuscunque status, gradus, dignitatis aut ordinis exstiterint, præsertim vero iis, qui in Magistratu constituti, vel suo vel Superiorum suorum loco aut nomine jus justitiamque administrant, ne quempiam Privilegium hoc Nostrum Cæsareum im-

SAMUELIS STRYKII J. U. D.
COM. PALAT. CÆS. SERENISS. ET POTENTISS. ELECT.
BRANDENB. CONSILIARII, FACULTAT. JURID. ORDINARII
ET DECRET. P.

DISSERTATIONUM
JURIDICARUM
FRANCOFURTENSIIUM
VOLUMEN I.
DE
SELECTIS
UTRIUSQUE JURIS
MATERIIS.

I. De Prescriptione conventionali.

II. De Dardanariis.

III. De Sæculariis & Directariis.

IV. De Carcere ad Custodiam.

V. De Effatis Agonizantium.

VI. De Rasura.

VII. De Incendio Casuali.

VIII. De Purgatione Moræ.

IX. De Beneficio Dationis in solutum.

X. De Beneficio Excussionis.

XI. De Jure Navium.

XII. De Foro Austregarum.

XIII. De Processu Austregarum.

XIV. De Jure Libellorum.

XV. De Privilegiis Advocatorum.

XVI. De Anno Gratia.

XVII. De Clausulis Feudalibus.

XVIII. De Clausula Codicillari.

XIX. De Decreto Interventivo.

XX. De Jure Fratrum.

XXI. De Jure Sponsi & Sponsæ.

XXII. De Jurisdictione circumscripta.

XXIII. De Scylo Curia.

XXIV. De Fortalitiis.

XXV. De Expectantiis.

Accessit

INDEX RERUM PRÆCIPUARUM.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAR. MAJEST.

FRANCOFURTI ET LIPSIAE.

Sumptibus SAMUEL. WOHLERI, BIBLIOPOLÆ ULMENSIS.

Typis ELIÆ DANIELIS SÜSSII, URBIS TYPOGRAPHII.

M DCC XLIII.



DISPUTATIO PRIMA INAUGURALIS
DE
PRÆSCRIPTIONE CONVEN-
TIONALI.

AD L. 38. FF. ÆMILIUS DE MINORIBUS.
DIE 11. MAJIANNO MDCLXV.
RESPONDENTE
SAMUEL STRYKIO,
SUB PRÆSIDIO DN. D. JOACH. DECHERI.

FELICITER!

Augustum nomen Jurisprudentia est ac excellens. Utrumque duplici; Objecti videlicet & Finis, ratione. Objectum nobilissimum est ob suam latitudinem. Divinas enim pariter ac humanas res comprehendit ambitu suo laxiori. Nec hoc tamen otiosa subtilitate easdem contemplando, sed justissima æquitatis trutina illas normando. Finis inde sua fuit sponte. Etenim dum Jurisprudentia objectum suum subjicit regulæ, illius actiones principiis juris primis conformando, non potest non saluberrima producere effecta. Inde pœnarum propter commissa scelera irrogatio, inde præmiorum propter virtutum merita distributio, inde communis illa ac universalis justitiæ administratio, Verbo: SALUS inde REIPUBLICÆ. Hanc enim vel maxime intendunt Sacrosancti Legislatores; Hanc Judices, Hanc Jure-Consulti, Illi in ferendis; Isti in exsequendis, Hi in applicandis & enodandis Legibus occupati. Adeo omnes in finem hunc collimant unice, conspirant harmonice, ut jus cuique suum tribuatur. Hinc tantam juris nostri vides prolixitatem. Causam illa non agnoscit aliam, nisi hanc, ut ita obviam iri possit tot calamitatis, tot fallaciis, finis persecutionem impredientibus. Sed hoc Homini negotium non esse, omnem vel fallendi ansam præscindere; vel universalem modum, quo jus ex æquo omnibus posset impertiri, præscribere, agnovit ipse Sacratissimus Imperator L. 2. §. 18. C. de V. l. E. Hinc natura properante semper novas edere formas, & Judicium aliquid arbitrato relictum, & Contrahentium quoque